

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXV. Qui divinae vocationis signa conspicit, oblatam functionem Ecclesiasticam
suscipere non detrectet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

peti possunt. Nam si Lex naturæ vetat, ne quis alteri faciat, quod sibi fieri nolit, profectò haud æquum est, petere vel extorquere promissionem officii, quo alius adhuc vivens recte fungitur. Hinc Gelasius Papa ex Concilio Lateranensi ejusmodi promissiones & concessiones, ac consequenter petitiones Ministeriorum Ecclesiasticorum seu beneficiorum vel Ecclesiarum nondum vacantium diserte prohibet Tit. VIII. c. *Nulla Ecclesiastica*, de Concessione Præbendæ & Ecclesiæ non vacantis, Verba Capituli hæc sunt: *Nulla Ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia vel Ecclesia tribuantur alicui vel promittantur, antequam vacent. Ne quis de fiderare mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium se crediderit successurum. Et c.* Quo pertinet etiam C. *Detestanda*: idem: *Ne captanda de concess. præbend. Tit. 7. in Sexto.* ubi Bonifacius IX. similiter istas vel per importunitatem nimiam vel per ambitionem improbatam extortas promissiones irritas pronunciat. Confer *D. Winckelmanni Disput. de jure vocandi Min. Eccl. Tom. III. Disp. Cies. disp. I. §. 67. seqq.*

XXV.

Qui divinæ vocationis signa conspicit,

spicit, oblatam functionem Ecclesiasticam suscipere non detrectet.

Ergo.

Divinae vocationi pertinaciter non est reluctandum. *Justinus Martyr* in Dialog. cum *Triphon*. *Qui possunt, inquit, docere, nec docent, damnationem incurrunt.* *Gregorius* lib. VI. Epist. 169. ait; *Ex verbis Christi, Simon Jona, amas me? pascere oves meas, colligitur, quod is, qui valet, omnipotentes Dei oves renuit pascere, ostendit, se pastorem summum minime amare.* Idem de cura pastoral. part. I. cap. 2. adeos, qui humilitate munus pastorale refugiunt scribit; *Non est vere humilis, qui suo potius nutu agit, quam ut Dei & vocantis Eccl. sue nutum sequatur. Humilis est, qui divine dispositioni subdus à vitio obstinationis est alienus.* Et cap. 6. inquit: *Tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad respondendum hoc, quod facere utiliter precipitur, pertinax non est.* *S. Augustinus* Epist. 81. paulo ante medium Tom. 2. hortatur *Eudoxium* Abbatem & Monachos, qui cum eo erant, ut sicubi Ecclesia eorum requirat operam, ne detrectent. *Si quam, inquit, operam, vestram Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis,*

L3

sed

sed miti corde obtemperetis Deo. -- nec vestrum otium Ecclesie necessitatibus praponatis. Prosper de vita contemplativa lib. III. cap. 28. ait; Contra justitiam faciunt, qui merito sua conversationis vel eruditionis electi otiosum studium fructuose utilitati regenda multitudinis anteponunt, & cum possint Ecclesie laboranti subvenire, operose administrationis laborem fruenda quietis contemplatione refugiunt. Et iterum S. Gregorius in pastoral. part. III. c. 25. Quo reatu, scribit, astringantur, aspiciant, qui dum peccantibus fratribus Verbum predicationis fugiendo subtrahunt, morientibus animabus vite remedia abscondunt. Qui itaque per legitimam vocationem ad officium docendi ab Ecclesia postulantur, ac à DEO & natura talentum acceperunt, ut possint præesse Ecclesie & docere cum fructu, nequaquam debent ex diffidentia vocationem recusare, aut ullo modo subterfugere aut detrectare onus, vel Laboranti & operas suas desideranti Ecclesie ministerium suum, denegare, sed freti DEI promissione & auxilio, præmissis seriis ad DEUM precibus oblatam functionem Ecclesiasticam cum omni humilitate ac fiducia in DEUM suscipere. Non enim placet Deo præpostera legitimæ vocationis ex diffidentia vel otii amore profecta reluctatio.

Suf.

Sufficiat nobis Dei summi Ecclesiæ præsidis
 consilium, & voluntas non eligentis dignos,
 sed dignos legendo, facientis. Agnoscamus no-
 stram infirmitatem & à Deo quæramus & expe-
 ctemus *in cōvōntia, sufficientiam.* 2. Cor. III. 5. Ipse
 suggerit vires, qui delegat officium. *Ne dicas,*
 inquit Dominus ad Jerem. prophetandi pro-
 vinciam deprecantem, *puer sum, ad omnia, ad*
quæ mittam te, ibis, & universa, quæ præcipiam ti-
bi, loqueris, Jerem. I. 7. Rectè B. Gerhardus Com.
 in Epist. i. Petri cap. V. quæst. 8. pag. 725. Illis,
 ait, *qui ex modestia recusant* (Minister. Eccles.)
persuadendum, ne majorem quietis private,
quàm publici commodi rationem habeant, neve
divine vocationi pertinaciter reluctantes, Jona
castigationem sibi accersant. Jon. I. v. 3. Perab-
 dus Episcopus in summa virtutum, cap. 12. *Qui*
Predicatoris officio idonei esse possunt, & eligunt
sibi solum vivere, licet bonâ intentione fasant,
ut scil. cum puriori conscientia Deo serviant, ta-
men multum timendum videtur eo, quod servus
is, qui talentum abscondit in sudario, vocatur à
Domino servus nequam, & ut Gregorius dicit,
qui scientiâ & virtute præditi secessum specula-
tionis appetunt, tot animarum rei sunt, quot
animabus predicando prodesse potuerunt, Tho-
mas Aquinas in Secunda Secundæ quæst. 185.